Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Gravamina sacri Romani Imperii principum ac procerum

[S.l., Mainz], 1523

Qvomdo ecclesiastici moribundis, ut suos & legittimos haeredes defraudent, persuadeant

urn:nbn:de:bsz:31-114121

Visual Library

giſtratus uetent, ne eccleſiaſtici ita a decoro & honeſto deuient, ut ijs ſe inuoluant negocijs, circa quæ uix laicos occupatos eſſe decet.

## QVOMODO ECCLESIASTICI moribundis, ut ſuos & legittimos hæredes defraudent, perſuadeãt.

INter cætera etiam hoc obticendum eſt nequaquam, quum non minimum ſit onus, quo Germani grauantur, quod regionum peruagatores, quos uulgo Terminarios ac Stationarios uocant, monachi & ſacerdotes, infirmos, animamq́ iamiam agentes: ac præſertim eos, quibus æs eſſe in ciſta norunt, temporalibuſue bonis abundare compertum habent, blandiloquẽtia, adulatione, uerbiſq́ uenuſtulis: ut ad peſſima quæq́ hoc genus hominũ ſemper plus æquo inſtructum eſt, atq́ paratum: adoriuntur, circumueniunt, perſuaſionibuſq́ ficticijs eo tandem adducunt, quod ſi potiorem & pecuniarum & bonorum partem in teſtamentis legant. Qua re liberi, agnati, ac cognati, reliquiq́ ſui & legittimi hæredes, quibus potius tota hæreditas illeſa reliquenda erant, contra omnem æquitatem, mirum quàm iactura adficiantur: interdumq́ ad miſeriam uſq́ adigantur.

## QVIBVS MEDIIS INNVMERAM PEcuniæ ſummam, Mendicantium ordines Romam importent, uirginumq́ ueſtalium monaſteria moleſtent.

QVum nemini dubium ſit, ijs qui iure experiri uolunt pecunia, eaq́ non modica opus eſſe, & pleriq́ mendicantium ordinum regulis addicti, multas cauſ-